Nos Clemens de Pakoschowka Iudex et Felix Subiudex de Zarszyn Subiudex terrestres Sanocenses generales tenore presencium presentibus et futuris quorum
noticiam habituris recognoscimus, quomodo ad acta et akta dominorum terrestrium in Iudicio nobiscum residencium presencia veniens personaliter Nobilis Anna Conso-
rs Generosi Iohannis Thyrawsky heredis de Thyrawa Valaska filia olim Generosi Nicolai Bal de Nowothamyecz Succamerarii Sanocensis non coacta nec
coacta nec aliquo dolo et fraude seducta sana mente et corpore existens cum voluntate et consilio Mariti sui legitimi presentis ibidem tunc persona-
liter comparentis et freta maturo consilio suorum amicorum consanguineorum et clenodialium alias herbownyczy, videlicet Generosis Raphaele de Humnyszcze
herede Burgrabio Castri Crasz et Iohanne Hulyczky herede de Czaszczyna parte ex una et Generoso Mathia parte ex altera publice recognoverunt quomodo
fecerunt inter se perpetuam et irrevocabilem commutacionem seu cambium bonorum suorum hereditariorum videlicet predicta Anna Consors dicti Iohannis Thyrawsky, dedit et re-
signavit perpetue et in evum eidem Mathie Wyslowsky et eius legitimis successoribus sortem totam bonorum suorum hereditariam paternam que dicte Anne iure dominio et
Natiwali post patrem ipsius Anne dominum Nicolaum Bal cessit in terra et districtu Sanocensi sitorum videlicet in Opido Nowothamyecz et in utroque suburbio ibidem ac in
villa Szpitalowa Wolya in Krzeska et Krzesnyczka cum pleno iure dominio et proprietate et utilitatibus fructibus et obvencionibus omnibus quovis nomine sive
vocabulo dictis vel nuncupatis ad sortem dicte Anne ex antiquo spectantibus prout sola tenuit et habuit nihil sibi et suis legitimis successoribus penitus
reservando tam longe late et circumferencialiter prout dicta bona sunt in se limitata et distincta Et dictus Mathias Wyslowsky dat et dedit pro isto dicte Anne
Consorti Iohannis Thyrawsky pro se sortem suam in villa Volkowyja quam habet a Generosa Hedwigi consorte Generosi Stanislai Lathoszynsky in terra Sano-
censi sitam prout solus tenuit et habuit perpetue et in evum videlicet, dantes sibi mutuo tamquam pro tera bona pro bonis hereditate pro hereditate Et dictus Mathias
Wyslowsky dicte Anne Thyrawska super predicta sorte bonorum suorum quam ab ipsa accepit in perpetuum et irrevocabilis commutacionis sive cambii addi-
dit sexingentos florenos hungaricales in auro veri et iusti ponderis Et iam dicta Anna Thyrawska dicto Mathie Wyslowsky et eius legi-
timis successoribus fecit et facit veram et legitimam heredem prout sola fuit in dictis bonis de quibus dicto Mathie Wyslowsky cessit Et debet dictus Mathias
Wyslowsky et ipsius legitimi successores dicta bona habere et possidere et secundum suam voluntatem convertere perpetue et in evum Eciam dicta Anna Consors dicti
Iohannis Thyrawsky recognoscit et recognovit Quomodo dicto Mathie Wyslowsky et eius legitimis successoribus donavit dono perpetuo et irrevocabili bona
romis parte sue verum suum ius patronatus ut collatura plebanatus ecclesie parrochialis in Opido Nowothamyecz Et dicta Anna sibi Mathie
Wyslowsky dat et dedit in predicta bona Nowothamyecz cum suburbiis et villis prefatis pro administracione Generoso Andrea de Krzeszow presenti
Mathias Wyslowsky dicte Nobili Anne Thyrawska In prefata sorte ville Wolkowyja dat et dedit pro eius administracione realem et effectualem
intromissionem Et obligant se prefati sibi mutuo in predictis bonis et eorum limitibus que sibi dederunt in cambium perpetuum utraque parte se tueri defendere ac
eliberare ab omnibus impedimentis inscripcionibus quibuscumque a quolibet persona seu utrumque prout ad aliquam personam spectat presentibus secundum consuetudinem super
que omnia prout prefate memoriale reservantur ad Iudicium suscepit Actum et datum in Sanok feria tercia proxima ante festum sancti Andree Anno
Domini Millesimo Quingentesimo octavo Presentibus hiis Nobilibus Petro Czyblowsky Iudice Castri Sanocensis Iohanne Pobiedzensky
Nicolao Syrorzet de Pakoschowka Paulo Pakoschowsky Mathia Brathkowyczsky Stanislao Brathkowyczsky et aliis quampluribus
fide dignis ad premissa In cuius Maioris testimonium Sigilla nostra sunt presentibus subappensa.

dział szczęsny z bratem ma,
jerzem wisłowskim imienie
w Sanockiey Ziemi Tyrawskie
Łęki Bali...

Aº 1508